97

debemus nocte uigilare. Orabat autem dns &
rogabat non pro se; quid enim pro se innocens pre
caretur sed pro delictis nris. Sicut ipse declarat
cum dicit ad petrum; ecce satanas postulauit ut
uos uexaret quomodo triticum! Ego autem pro
te rogaui ne deficiat fides tua. Et postmodum pro
omnibus patrem deprecatur dicens; Non pro his
autem rogo solum. Sed et pro illis qui credituri sunt
per uerbum ipsorum in me. Ut omnis unum sint sicut
tu pater in me. & ego in te & ut ipsi in nobis sint.
Magna dni propter salutem nram benignitas pariter
& pietas. ut non contentus quod nos sanguine suo redimeret.
Adhuc pro nobis amplius & rogaret. Rogantis autem
desiderium uidete quod fuerit; Ut quomodo unum
sit pater & filius. sic & nos in ipsa unitate maneamus.
Ut hinc quoque possit intellegi quantum delinquat
qui unitatem scindat & pacem. Cum pro hoc rogaue
rit dns uolens scilicet plebem suam uiuere. cum
sciret ad regnum di discordiam non uenire. Quando
autem stamus ad orationem frs dilectissimi in uigi
lare & incumbere ad preces toto corde debemus;
Cogitacio omnis carnalis & secularis abscedat.
Nec quicquam tunc animus quam id solum cogitet.
quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 150, p. p.%2097 – Composite manuscript containing books of pennance (Poenitentiale Capitula Iudiciorum, Poenitentiale Theodori, Poenitentiale Vinniani, Poenitentiale Sangallense simplex, Poenitentiale Sangallense tripartitum), texts by the Church Fathers, and more (http://www.e-codices.ch/en/csg/0150/p.%2097)